

emptionis titulo comparasset ac etiam persolvisset et idem Hermannus una cum matre sua iam praefata ad manus nostras dictum censum, quem a nobis in feodo tenuerat, libere resignasset, nos ob reverentiam omnipotentis dei et gloriosae virginis Mariae matris eius, in cuius honore parrochialis ecclesia in Pirnis est sollempniter dedicata, necnon ob salutem animae et remedium praekarissimi patris felicitis memoriae nostrique meriti in augmentum, dictae etiam ecclesiae plebani precibus favorabiliter annuentes dictum censum, mansos et curias eorundem antefatae ecclesiae dotamus damus et liberaliter assignamus, proprietatem eorundem in eandem ecclesiam cum omni iure et utilitatibus quibuslibet, quae nunc de dictis agris censu et curiis proveniunt aut in futuro provenire poterunt, transferentes, ita quod dotis nomine plebanus saepedictae ecclesiae praesens omnesque sui successores antedicta bona libera et exempta ab omnibus causis saecularibus petitionibus exactionibus iuribusque communibus reliquisque fatigationibus libere valeant perpetualiter possidere. Ut autem haec nostra donatio et translatio rata et inviolabilis ab omnibus nostris successoribus teneatur nec alicui proinde in posterum dubium oriatur, praesentem litteram dictae ecclesiae seu plebano eiusdem suisque successoribus dedimus sigilli nostri munimine roboratam in robur perpetuae firmitatis. Datum et actum Dresden anno domini M. CC. nonagesimo sexto septimo Kalendas Septembris. Testes huius sunt magister Adolfus plebanus in Russewin notarius curiae nostrae, honorabiles viri Albertus in Dresden, Petrus in Plawan, Theodericus in Lubenitz, Theodericus in Dolen plebani necnon Fridericus dictus Magister coquinae, Conradus dictus Hunrich, Heinemannus¹⁾ de Nvendorf milites, Jacobus dictus Magnus, Johannes de Reimarstorf, Johannes de Pikuitz²⁾, Andreas de Magdeburg, Johannes dictus Magnus cives in Dresden et quam plures alii fide digni.

Nach zwei wörtlich übereinstimmenden Originalen im Rathsarchiv zu Pirna. Von den an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegeln sind an beiden nur Bruchstücke vorhanden.

1) Heinemannus B. 2) Pykuitz B.

No. 9. 1296. 2. Sept.

Bischof Bernhard von Meissen bestätigt die Zuwendung des Stadtpfarrers Wolfram an die Pfarrkirche (No. 8), namentlich insoweit diese den auf den überwiesenen Grundstücken liegenden Bischofszehnten betrifft.

Bern. dei gratia Misnensis ecclesiae episcopus universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis salutem in salutis auctore. Cum dilectus nobis Wolueramus plebanus in Pirn triginta solidos denariorum et tres denarios, quos nomine census de tribus mansis ecclesiae suae in Pirn sitis inter villam Manuicz et castrum Pirn et de curiis ad eosdem mansos pertinentibus annis singulis persolvit, et tres modios siliginis praeter quartale et quinque modios avenae cum dimidio Pirnensis mensurae, quos similiter de eisdem mansis annis singulis solvit, a Hermanno de Kanskirchen et matre sua iusto emptionis et venditionis titulo comparaverit et exemerit, ut de eisdem mansis et curiis nec census nec decima de cetero persolvatur, sed quod